Exod.29. cerdotes iſtituit deus ꝑ Moyſen q̄ ex prece
pto dei Aarō in ſummū pōtificē: filios vero
Matth.10. eiꝰ vnxit in miores ſacerdotes. Chriſtus qq̄ꝫ
duodecī elegit diſcipulos priꝰ quos ⁊ ap'los
vocauit: quoꝝ vicē gerūt i eccl'ia maiores pō
Luce.10. tifices: deīde alios ſeptuaginta ⁊ duos diſci
pulos deſignauit: quoꝝ vicē in eccl'ia tenent
Matth.17. p̄ſbri. Vnꝰ aūt īter ap'los pīceps extitit pe
trus: cuius vicariꝰ ⁊ ſucceſſor ē pōtifex ſūmꝰ.
Vñ dr̄ ap'licus q̄ ⁊ papa vocat' .i. pr̄ patrū.
1.Timo.3. Qualis āt eligi debeat p̄ſbr ap'ls ſcribēs Ti
motheo oñdit: vbi noīe ep̄i preſbyterū ſignifi
Matth.27 Heb.9. cat. Hoc aūt officio vſus ē chriſtꝰ cū ſeip̄m in
ara crucis obtulit: idem ſacerdos ⁊ hoſtia: ⁊
qñ poſt cenā panē ⁊ vinū in corpꝰ ſuū ⁊ ſan
guinē cōmutauit. Ecce d' ſeptē eccl'ie gradibꝰ
breuiter elocuti q̄d ad quēq̄ ptineat īſinuaui
mus. Cūqꝫ oēs ſpūales ſint ⁊ ſacri excellēter
tñ canones duos tm̄ ſacros ordines appella
ri cēſent. diaconatꝰ .ſ. ⁊ p̄ſbratꝰ: qꝛ hos ſolos
primitiua eccl'ia legitur habuiſſe ⁊ de his ſo
1.Timo.3. lis p̄ceptū ap'li hēmus. Ap'li .n. in ſingulis ci
uitatibus ep̄os ⁊ preſbros ordinauerūt. Le

uitas ēt ab ap'lis ordinatos legimus: quoꝝ Actuū.6.
maximꝰ fuit btūs ſtephanus. Subdiaconos
āo ⁊ acolitos ꝓcedēte tp̄e eccl'ia ſibi ꝯſtituit.

Quid ſit quod hic dicitur ordo. k

Si aūt querit' q̄d ſit ꝙ
hic vocat' ordo: Sane dici pōt ſignaculū ē
i. ſacrū qḋdā: quo ſpūalis ptās tradit' ordia
to ⁊ offm̄. Caracter ḡ ſpūalis vbi fit ꝓmotio
ptātis: ordo vel gradꝰ vocatur. Et dnr hij or
dines ſacrā: qꝛ in eoꝝ ꝑceptione res ſacra .i.
grā cōfertur quā figurāt ea que ibi geruntur.

De noībus dignitatum vel officij. l

Sunt ⁊ alia quedā non
ordinū ſꝫ dignitatū vel officioꝝ noīa. Digni
tatis ſil' ⁊ officij nomē eſt ep̄s. Ep̄atus autē Di.zi.c.cle ros.
vocabulū inde dictū ē: ꝙ ille q̄ ep̄s efficit' ſuꝑ
intēdat: curā .ſ. ſubditoꝝ gerens. Scopin .n.
grece: latine intēdere dr̄: Ep̄i aūt grece: latine Ezech.33.
ſpeculatores īterpretantur. Nā ſpeculator eſt
prepoſitus in eccl'ia dictus eo ꝙ ſpeculetur at
qꝫ ꝑſpiciat populoꝝ infra ſe poſitoꝝ mores
⁊ vitā. Pontifex eſt princeps ſacerdotū qua
ſi viā ſequētiū. Jpſe ⁊ ſummus ſacerdos nun
cupatur. ipſe eniꝫ leuitas ⁊ ſacerdotes efficit.
ipſe oēs eccl'iaſticos ordines diſponit.

De quadripartito ordine epiſcopoꝝ. m

Ordo aūt ep̄orum qua
dripartitꝰ ē .ſ. in pr̄iarchis: archiep̄is: metro
politāis: ⁊ ep̄is. Patriarche grece ſummus Di.zi.c.cle ros.quaſi ꝑ totum.
patrū īterpretatur: ꝙ primū .i. ap'licū tenet lo
cū. vt romanꝰ: anthiocenus: alexādrinus: ſed
oium ſummus ē romanꝰ. Archiep̄s pīceps
ep̄oꝝ. archos eniꝫ grece: latine princeps dr̄:
Metropolite aūt a mēſura ciuitatū dicūtur.
Singulis .n. ꝓuīcijs preeminēt quoꝝ aucto
ritati ⁊ doctrie ceteri ſacerdotes ſubiecti ſunt.
Solicitudo .n. totius ꝓuincie: ipſis ep̄is cō
miſſa eſt. Oēs aūt ſuꝑius deſignati ordines
ep̄i nūcupantur. Nota ꝙ archiep̄oꝝ nomi
na primates ſuperius ſignificaſſe vr̄: ⁊ metro
politanoꝝ quos nūc archiep̄os dicimꝰ. Ho
rū aūt diſcretio a gētilibus itroducta vr̄: qui
ſuos flamines: alios ſimpliciter flamines: ali
os archiflamines: alios prothoflamines ap
pellabant. Sacerdotes enim gentilium flami Jſidorus.
nes dicebantur qui habebant in capite pilleū
in quo erat breuis virga: deſuꝑ hñs aliq̄d la
ne. qḋ cū per eſtum ferre nō poſſent filū tm̄
in capite ligare ceperūt. Nudis eniꝫ capitibꝰ
eis īcedere nephas erat. Vñ ⁊ a filo quo vte
bantur flamines dicti ſunt: quaſi filamines.
Sed feſtis diebus filo depoſito pilleū ipone.

bant pro ſacerdotij eminētia. Uates a vi mē
tis appellati ſunt: cui⁹ ſignificatio multiplex
eſt. Modo .n. ſacerdotē: mō ꝓphetā: modo
poetā ſignificat. ¶ Cantoꝛ vero vocat̄ q̄ vo
ce3 modulat̄ in cantu. Huius ſunt duo gene
ra. precentoꝛ ⁊ ſuccentoꝛ. ¶ Precentoꝛ q̄ vo
ce3 p̄mittit in cantu. ſuccentoꝛ qui ſubſequen
ter canēdo rn̄det. Concētoꝛ aūt dr̄ q2 conſo
Hugo li. 2. ptē3. c. i3. nat. Qui aūt nō cōſonat nec cōcinit: cōcētoꝛ
non erit. His breuiter tractatis ammonendi
ſunt chꝛiſti miniſtri: quatenus ſicut excellunt
oꝛdinis dignitate: ita precellant vite ſanctita
te: vt plebs eis cōmiſſa coꝛumq3 diſciplinis
edocta: gratāter eis obediat: ⁊ coꝝ imitatio
ne de die in diem ꝓficiat a quibus diuina ſa
cramēta percipiūt ⁊ miſſaꝝ ſolēnia audiunt.
¶ Miſſa aūt dr̄ vel q2 miſſa ē hoſtia cuius
cōmemoꝛatio fit in illo officio: vnde dr̄: Ite
miſſa eſt. i. ſeq̄mini hoſtiam que miſſa eſt ad
celeſtia tendentes poſt eam. vel q2 miſſus cele
ſtis venit ad conſecrandum dominicum coꝛ
pus: per quē ad altare celeſte defertur hoſtia.
Unde ⁊ dicitur miſſa eſt.

¶ Iſta eſt diſtinctio. 24. hui⁹ q̄rti libꝛi: In q̄ magr̄
poſtq̄3 ſupius determinauit de ſacris que oꝛdinan
tur ad remediū vnius pſone: Hic determinat de ſa
cramētis in remediū toti⁹ eccle. Et diuiditur in du
as ptes. Primo determinat de ſacro oꝛdinis: qd̄ oꝛ
dinat̄ ad gubernationez eccle: ⁊ ſpūalē multiplica
tionē. Scd̄o de mr̄imonio qd̄ oꝛdinat̄ ad multipli
catione fideliū nālem. Scd̄a pars icipit in. 26. diſt.
Prima pars adhuc diuidit̄ in duas ptes. In prima
determinat de ſacro oꝛdinis. In ſcd̄a pte de cōferen
tibus hoc ſacrm̄: ⁊ de ſuſcipientib⁹. Scd̄a ps in. 25.
diſt. incipit. In prima pte tria facit. Primo eni nu
merū ſacroꝝ oꝛdinū pponit. Scd̄o officia ⁊ digni
tates que oꝛdines ſequunt̄ ſubdit. Tertio quandā
ſalubꝛe āmonitionē ſubiungit. Prima pars vſq3 ibi
(Sunt ⁊ alia que.) Secūda vſq3 ibi (His breuiter
tractatis.) Tertia vſq3 ad finē diſtinctionis. In ſpā
li ſnia magiſtri ſtat in trib⁹ ꝓpōnib⁹: quaruz prima
eſt hec. ¶ Septe3 ſacros oꝛdines chꝛiſtus in ſemet
ipſo exhibuit ⁊ iſtos vniuerſali eccle obſeruādos
reliquit. Hāc magr̄ inſinuans ꝓponit p̄mo q̄ ſeptē
ſunt gradus ſiue oꝛdines eccleſiaſtici. i. oſtiarij lecto
res: exoꝛciſte: acoliti: ſubdiaconi: diaconi: ⁊ ſacerdo
tes. quoꝝum oīa officia chꝛiſtus in ſemetipſo oſidit
⁊ coꝛpoꝛi ſuo. ſ. eccle hos oꝛdines ſeruandos reli
quit. Sunt aūt ſeptē ꝓpter ſeptiformē. ſ. grām ſpūs
ſancti cui⁹ grē qui nolunt pticipes indigni ad gra
dus eccliaſticos accedūt. qui vō priuſq3 ad hos oꝛ
dines accedant hanc grām hn̄t. in ipſa promotione
ampliorē accipiūt. Ex quo p3 hui⁹ ſacramēti effect⁹.
Hi aūt oꝛdines ꝓpter ſui dignitatē dignos req̄runt
miniſtros. Ex quo p3 ſuſcipientiū conditio. Poſtea
dicit q̄ hos oꝛdines p̄cedit clericalis tonſura que
quidē coꝛona regalem dignitatē ſignificat: q2 vero i
ſumitate capitis nudatio fit erectionem mentis ad
deum per cōtēplationē deſignat. Uſus autem hui⁹ tō
ſure initiū habuit a nazareis quoꝝ3 ritus paulus ⁊
xpiani imitati ſunt. Oēs vō in oꝛdinib⁹ cōſtituti cle
rici vocant̄: q2 in ſoꝛtē dn̄i ⁊ hereditate3 ſunt admiſ
ſi. Cleros enim grece ſoꝛs vel hereditas latine dr̄.
Uel q2 oēs diuino ſeruitio ſunt mancipati. Poſtea
de his oꝛdinib⁹ determinat ſingillatim incipiēs ab
oſtiarijs qui ſunt p̄mi iter oꝛdinū gradus de quibus
q̄ttuoꝛ determinat. Primo figurā q2 figurati ſunt in
veteri teſtamento per ianitoꝛes qui cuſtodiebāt tē
plū ne igrederet̄ in illud imūdus. Scd̄o nois ratio
nem ſiue officium. Dicunt̄ enim oſtiarij: q2 preſunt
oſtijs tēpli vt dignos recipiāt ⁊ idignos excludant.
Tertio oꝛdinādi modū q2 in eoꝝ oꝛdinatiōe datur
eis clāues ab ep̄o cū determinata foꝛma v̄boꝝ qua
ep̄s dicit. ſ. Agite tanq̄3 deo rōnem reddituri pro re
bus que clauib⁹ iſtis recōdunt̄. Quarto inſtitutionē
q2 xp̄s hoc officiū exercuit. qn̄ vēdentes ⁊ ementes
de tēplo eiecit. Un̄ ⁊ ipſe de ſe dicit: Ego ſum oſtiū
per qd̄ oſtiariū deſignat. Poſtea dicit: de 2° oꝛdine
.i. lectoꝝ. De quo ſex determiat. Pꝛio nois rōne3
q2 dicunt̄ a legēdo. qui etiā ꝓnunciatoꝛes vocantur
q2 ꝓcul auditoꝝ aures eoꝝ vox adimplet. Secūdo
officiū q2 ad eos ptinet ꝓphetias ⁊ pſalmos legere
⁊ eadē pplis p̄dicare. Tertio oꝛdinādi modum: in
oꝛdinatiōe eni libꝛū diuinaꝝ lectionu3 ab ep̄o acci
piūt cū determiata foꝛma v̄boꝝ. ſ. accipe ⁊ eſto v̄bi
dei ꝓlatoꝛ: hiturus ſi fidelr̄ adimpleueris ptē cum
his qui bn̄ v̄bū dei āminiſtrauerunt. Quarto cōditio
nē: q2 qui ad hūc oꝛdinē aſſumit̄ debet ſcia lr̄aꝝ eſſe
inſtruct⁹ vt diſtincte legat ⁊ ſic poſſit auditoꝛib⁹ pro
deſſe. Quinto inſtitutionē: q2 h̄ officiū xp̄s adimple
uit qn̄ legit illud Eſaie. Spūs dn̄i ſup me vt habet̄
Luc. 6. Sexto p̄figurationē q2 p̄figuratū ⁊ nuncia
tum eſt hoc officiū in ꝓphꝫis q̄bus dr̄: Clama ne ceſ
ſes: q̄ſi tuba exalta vocē tuā. Poſtea determinat de
3° oꝛdine. ſ. exoꝛciſtaꝝ. de q̄b⁹ q̄nq3 determiat. Pꝛio
nois rōnē. dicunt̄ enim exoꝛciſte q̄ſi adiurātes. Se
cundo officiū: q2 ad eos ptinet per exoꝛciſmos ſuos
demones ab obſeſſis fugare. Un̄ debēt mūdi eē qui
ſpiritib⁹ imūdis iperāt. Tertio oꝛdinādi modu3 q2
libꝛū exoꝛciſmoꝝ in oꝛdiatiōe recipiūt ab ep̄is cu3
determinata foꝛma v̄boꝝ. ſ. accipite ⁊ habetote ptā
tē imponēdi man⁹ ſup energuminos: ⁊ cathecumi
nos. Quarto iſtitutionem q2 dn̄s hoc officio vſus eſt
qn̄ ſaliua oꝛis ſui tetigit aures ⁊ lingua3 ſurdi ⁊ mu
ti: ⁊ demoniacos multos ſanauit. Quinto figuram
q2 a ſalomone videt̄ hic oꝛdo p̄mitus deſcēdiſſe: q̄
quēdā modū exoꝛcizandi inuenit q̄ demones adiu
rati ab obſeſſis pellebant̄ coꝛdib⁹. Un̄ ⁊ hoc officio
mancipati exoꝛciſte apud iudeos vocati ſunt. Po
ſtea determinat de 4° oꝛdine. ſ. acolitoꝝ: de q̄ q̄nq3
determinat. Primo nois rōnē. dicunt̄ enim acoliti
grece ceroferarij latine: q2 cereos poꝛtāt ad ſignum
letitie demōſtrandū ad figurandū verū lumē. ſ. xp̄m.
Scd̄o officiu3: q2 ad eos ptinet luminaria poꝛtare ⁊
ꝓparare ac ſubdiaconis miſtrare in preparatiōe vr
ceoli vini ⁊ aque pro eucbariſtia. Tertio oꝛdinandi
modū q2 cādelabꝛu3 cū cereo ⁊ vrceolū i oꝛdiatiōe
accipiūt. Quarto inſtōnem: q2 hoc officio xp̄s vſus
fuit cum dixit: Ego ſum lux mūdi. Quinto figuram
q2 hui⁹ figura preceſſit in veteri teſtamēto: in his q̄
lucernas cādelabꝛi accendebant. Poſtea determinat
de 5° oꝛdine. ſ. ſubdiaconoꝝ: de quib⁹ quattuoꝛ de
terminat. Primo nominis rationē: dicunt̄ eni3 ſub
diaconi q2 diaconoꝛum preceptis ſubiacent. hi figu
rati ſunt in veteri teſtamēto per nathinneos de qui
bus dicit Paral. Eſdra. qd̄ erant miniſtri leuitarū.

vnde

vnde nathinnei dicunť quaſi in humilitate dño ſer
uientes qđ ſubdiaconis ꝯuenit: qui ſunt miniſtri le
uitarũ. Scđo officiũ. qꝛ calicẽ ꝛ patenã portant: pp
qđ mundiciã hẽre debẽt vt ipleãt illud: Mũdami
ni qui fertis vaſa dñi. Sacerdotibus ꝛ leuitis mini
ſtrãt ꝛ ornamẽtoꝝ altaris ſpãlẽ curam hñt. Tertio
ordinãdi modũ qꝛ patenã ꝛ vacuũ calicẽ accipiunt
ꝛ vrceolũ cũ aqua ꝛ manutergiam. Quarto inſtitu
tionez qꝛ xp̃s hoc officio vſus eſt qñ lintheo ſe pre
cinxit ꝛ mittẽs aquaz in peluim pedes diſcipulorũ
lauit ꝛ lintheo terſit. Poſtea determinat de 6° or
dine. ſ. diaconoꝝ qui 6° loco ponitť ad pfectionem
que in eis eẽ debet. De qb⁹ q̃nqꝫ determinat. Pͥo
nois rõnẽ: qꝛ de tribu leui nomẽ traxerũt. dicuntur
enim leuite. Uñ ꝑ in eis figurati fuerũt: dicunť eni
grece diaconi ꝛ miniſtri. Scđo officium: qꝛ ipſis ſa
cerdotib⁹ in ſacroꝝ diſpẽſatiõe aſſiſtũt ꝛ miniſtrant:
noui eni teſtamẽti ꝑdicãdi habẽt officiũ. Siĉ eniz
leuite qui leuo humero ſtolam portant: qui laborez
hui⁹ vite in leua portãt: ſicͭ i veteri teſtamẽto. Huic
ordini a Moyſe ſtatutũ fuit que ad tabernaculum
ꝑtinebãt portare. Tertio ꝯditionẽ inſtitutionis dia
coni Apl̃i eni elegerũt ſeptez viros plenos ſpũ ſcõ.
Uñ ſeptẽ ſolẽt eẽ in ꝑncipalib⁹ eccleſiis: qui ẽt ꝑ ſe
ptem angelos tuba canentes in apocalypſi ſignifi
canť. Q̃les aũt eẽ debeãt apl̃s ad Timotheũ docet
qꝛ anteq̃ ordinenť pbari debẽt. vt. ſ. miniſtrẽt nul
lum crimẽ hñtes. Quarto ordinãdi modũ: qꝛ in or
dinatione ep̃s eis manũ iponit. Nam ꝛ apl̃i diaco
nib⁹ q̃s elegerũt orõne ꝑmiſſa manus impoſuerũt.
Ponit etiã ſtolã ſupra leuũ humerũ. Accipiunt etiã
diaconi textũ euãgelij in ordinatione. Quinto iſtitu
tionẽ: qꝛ chriſtus hoc officio poſt cenam vſus eſt qñ
ſacr̃m ſui corpis ꝛ ſanguis diſcipulis diſpenſauit: ꝛ
qñ apl̃os dormiẽtes ad orõnẽ incitauit. Naz ad dia
conos ꝑtinet ꝑmonere aures ad deũ hẽre. Poſtea
determinat de 7° ordine. ſ. pſbroꝝ. de qb⁹ ſex deter
minat. Pͥo eni nois rõnẽ. dicunť enim pſbři. i. ſe
niores pp dignitatẽ ꝛ honorẽ quẽ acceperunt: ꝛ qꝛ
morũ prudẽtia ꝛ maturitate conuerſationis in pplo
precellere debẽt. Dicunť enim ſacerdotes: vel qꝛ ſa
cra dant vel in ſacris ſunt duces vel qꝛ ſcificant. An
tiſtites ṽo dicũtur qꝛ ante alios debent ſtare. Scđo
officiuz qꝛ ad ſacerdotes ꝑtinet ſacr̃m corpis ꝛ ſan
guinis ꝯficẽ: orõnes dicẽ: ꝛ dona dei bñdicere. Ter
tio ordinãdi modũ qꝛ in ordinatiõe eis man⁹ inun
gunť patenã cũ hoſtiis. calicẽ cuz vino accipiunt. ꝛ
ſtolam que tenet vtrũqꝫ latus: qꝛ ꝯtra aduerſa ꝛ pro
ſpera armis iuſtitie debent eſſe induti ſiue muniti.
Quarto figuraz: qꝛ hic ordo in filiis aaron fuit figu
ratus ꝛ. 72^{bus} diſcipulis quos xp̃s deſignauit quoꝝ
vices pſbři in eccleſia tenent: itẽ inter apl̃os vn⁹ ꝑn
ceps extitit. ſ. Petrus cui⁹ ſucceſſor eſt ſũmus põti
fex qui etiã dĩ papa. i. pater patrũ. Quinto conditio
nem. Uñ apl̃s ad Timotheum oſtẽdit q̃lis debeat
eligi pſbř vbi pſbyterum noie ep̃i deſignat. Sexto
officiuz qꝛ chriſtus hoc officio vſus eſt in ara crucis
qñ ſeipſuz obtulit ille fuit ſacerdos ꝛ hoſtia: quãdo
poſt cenã panẽ ꝛ vinũ in corpus ꝛ ſanguinez ſuum
mutauit. Poſtea dicit ꝙ ſolũ duo ordines dicuntur
ſacri. ſ. diaconatus ꝛ pſbratus ꝛ hos ſolos primitiua
eccleſia habuit: alios vero proceſſu tpis eccleſia ſibi
ꝯſtituit: ex quo pꝫ ordinũ dria: qꝛ q̃dã ſunt ſacri qui
dam nõ. Et dicit ꝙ ordo dĩ qđdã ſacrũ per qđ ſpe
cialis poteſtas traditť ordinato: ꝛ hi ordines dicun
tur ſacri: qꝛ in eis ſacr̃m ꝯfertur ꝛ ſignificatur. ſ. gr̃a
ex quo pꝫ ordinũ quedã ꝯueniẽtia. qꝛ enim in oib⁹
huiuſmodi gradib⁹ traditť aliq̃ poteſtas ſpũalis: ideo
nomẽ ordinis oibus ꝯuenit: qꝛ etiã in oib⁹ ꝯfertur
ꝛ ſignificatť ſacr̃m: ideo oẽs dicuntur ſacri. Poſtea
dicit ꝙ quedã ſunt noia: que nõ ordinem ſed digni
tatẽ vel officiũ noiant ſicut ep̃i: pontifices: patriar
che ꝛ archiep̃i: ꝛ metropolitani. Ep̃s enim aut pon
tifex eſt: qꝛ hẽt aliis intendere ꝛ principari: qꝛ ep̃us
dĩ a ſcopin grece qđ latine intẽdere dĩ. vnde etiam
ep̃i grece dicunť latine ſpeculatores. Nam ſpecula
tor prepoſitus in eccl̃ia dĩ: in eo ꝙ ſpeculari debet
mores ꝛ vitam pploꝝ infra ſe poſitoꝝ. Pontifex eſt
princeps ſacerdotũ q̃ſi via ſequẽtiũ: ipſe enim ſũm⁹
ſacerdos nuncupatur: eo ꝙ ſacerdotes ꝛ leuitas effi
cit. Deinde dicũ ꝙ ordo ep̃oꝝ q̃dripartitus eſt. ſ. i
patriarchis archiep̃is: metropolitanis ꝛ ep̃is. Pa
triarcha grece ſũmus patrũ interpretať. qꝛ ꝑmũ. i.
apl̃icũ tenet locũ vt romanus anthiocenus alexan
drinus: ꝛ ſic de aliis. Archiep̃s ṽo ſũm⁹ eſt ep̃oruz.
Et dĩ ab archos qđ eſt princeps. Metropolitanus
dĩ a mẽſura ciuitatũ qb⁹ preeminet. Ibi nota ꝙ ar
chiep̃oꝝ noie primates ſupius ſignificaſſe videtur:
ꝛ metropolitanorũ noie quos nunc archiep̃os dici
mus. ¶ Scđa ꝓpoſitio eſt hec: Que ſunt iſtoruz or
dinũ officia clare patet ex iam predictoꝝ ſnĩa. Hec
patent ex premiſſis et ipſamet exprimit ꝓpoſitio.
¶ Tertia ꝓpoſitio ẽ hec: Miniſtri chriſti maiores
qui precellũt ordinis dignitate etiam precellere de
bẽt vite ſanctitate. Cuius rõnẽ aſſerit vt plebs eis
cõmiſſa coꝝ imitatione ſemꝑ ꝓficiat. Addit etiam
hinc vnde dĩ miſſa: qꝛ in ea mittitur hoſtia: cui⁹ cõ
memoratio fit in ſacrificio: qꝛ miſſus celeſtis venit
ad conſecrandum eam. Et tñ in ſpeciali.

¶ De ordinatis ab hereticis. a

Solet etiaz queri ſi heretici ab eccl̃ia ꝑciſi ꝛ dãnati poſſint tradere ſacros ordines: ꝛ ſi ab eis ordiãti redeũtes ad eccl̃ie vnitatẽ debeãt reordinari. Hãc q̃õnẽ pplexaz ac pene iſolubilẽ faciunt doctoꝝ ṽba q̃ plurimũ diſſentire vidẽtur. Uidenť. n. q̃dã tradere hereticos ſacros ordines dare nõ poſſe nec illos q̃ ab eis ordinati videnť gr̃am recipe. Dicit. n. Innocẽ. arrianoꝝ clericos nõ videri ſuſcipiẽdos cũ ſacerdotij vel miniſterij alicui⁹ dignitate: qb⁹ ſolũ baptiſma ratũ eẽ ꝑmittit: ꝙ in noie pr̃is ꝛ filii ꝛ ſpũs ſci ꝑcipiť. Dicit ẽt eos nõ poſſe dare ſpm̃ ſcũm quez amiſerũt: ꝛ ordinatos ab hereticis caput hr̃e vulneratũ ꝛ eũ qui honorẽ amiſit honorẽ dare nõ poſſe nec illũ aliquid accepiſſe: qm̃ i dãte nihil erat qđ ille poſſet accipere. Tradit ẽt veniẽtibus ab hereticis ꝑ manus ipoſitionẽ laicã tm̃ tribuendã cõionẽ nec ex his aliquẽ in clericatus honorẽ vel exiguuz ſurrogare. Grego⁹ ẽt dicit ſacrilegã eſſe arrianoꝝ cõſecrationez cũ ex eoꝝ manu cõmunio percipiť. Cyprianus ẽt dicit: oia quecunqꝫ faciunt heretici carnalia ꝛ inania ꝛ ſacrilega eſſe: ꝛ eoruz altaria falſa

Diſt. XXV De diſpenſatione ſacri ordinis.

j.q.j.c. arrianos.

In li. 4. dis lo. ꝛ allegať j.q.j.c. ſuper ucięte. Cyprian⁹ martyr i epl̃a ꝯ hẽti. ꝛ ponť. j.q.j.c. ſi q̃s iq̃t circa mediuz.

Sup agge. um. ꝛ ponit. j.q.i.c. ſi populus.

ꝛ illicita ſacerdotia ꝛ ſacrificia ſacrilega: qui more ſimiarū que cū hoīes nō ſint formā imitātur humanā: vultū eccl'ie catholice ꝛ auctoritē ſibi vendicāt: cū ipſi in eccl'ia non ſint ꝛ cuȝ ſint ſacrilegi ſacerdotiū adminiſtrāt ꝛ altare ponunt: cū nec ſacrificari oblatio illic poſſit: vbi ſpūs ſcūs nō ſit: nec cuiq̄ dn̄s p eius preces ꝛ orōnes pſit: q̄ dn̄s ipȝ violauit. Hiero. q̄ȝ aſſerit oīa q̄ offerūtur ab hereticis ꝯtaminata eſſe in cōſpectu dn̄i: q2 lȝ ſacra videantur ſpecie ſui: tn̄ q2 ꝯtacta ſunt ab illo q̄ pollut⁹ ē: polluūtur oīa. Idē. O dīt de⁹ ſacrificia hereticoꝝ ꝛ a ſe ꝓijcit: ꝛ q̄tiēs in noīe ei⁹ cōgregati fuerit: deteſtat̄ fetorē eorū ꝛ claudit nares ſuas. Idē. Illi offerunt panē ſacrilegū ꝛc̄. Leo ēt teſtatur ex̄ eccl'iā nec rata eē ſacerdotia nec vera eē ſacrificia. Idē ēt dicit p crudeliſſimaȝ veſaniā in alexandrina ſede oium ſacroꝝ lumen extinctū. Intercepta eſt ſacrificii oblatio defecit chriſmatis ſanctificatio: ꝛ paricidalibus manib⁹ ipioꝝ oia ſe ſubtraxere myſteria. His aliiſq̄ȝ teſtimōiis aſtrui vident̄ ſacra eccl'iaſtica p̄cipue corpis ꝛ ſanguis: ordiatōis ꝛ ꝯfirmatiōis p hereticos nō poſſe miſtrari.

Idē ſuper amos. ꝛ hī j.q.i.c. odit. Idē ſuper oſee. ꝛ pōit j.q.i.ca. illi offerunt. Leo ad anatholium cōſtantino. p. epiſcopuȝ ꝛ hī.j.q.i.c. in eccleſia. Leoni auguſto.

¶ Auctes ponit que vident̄ pmiſſis obuiare. b

Econtra aūt alij ſentire

videtur q̄ ab hereticis ēt p̄ciſis ſacri ordines ſic ꝛ baptiſm⁹ tradi valeāt: nec ab hereticis redeūtes: q̄ illic ordiati ſunt ꝛ baptiȝati iteꝝ ordinādi ſunt: ſicut nec baptiȝādi. vn̄ Aug⁹ de hereticis ēt dānatis q̄ȝ q̄dā dicūt baptiſma q̄ accepit nō amittit q̄ recedit ab eccl'ia: ius dādi q̄ accepit amittit: multis modis appet inaniter dici. Prio q2 nulla oñditur cā cur ille q̄ illud baptiſma amittere nō pōt: ius dādi poſſit amittere. Vtrūq̄ȝ. n. ſacm̄ eſt: ꝛ q̄daȝ ꝯſecratiōe vtrūq̄ȝ hoi dat̄ illud cū baptiȝat̄: ꝛ illud cū ordiat̄. Iō nō lȝ ī catholica eccl'ia vtrūq̄ȝ iterari. Nā ſi qn̄ ex ipſa pte venientes ēt prepoſiti ꝓ bono pacis correcto ſciſmatis errore ſuſcepti ſunt: ꝛ ſi viſum ē opus eē vt eadē officia gererēt que agebāt: nō ſunt rurſus ordinādi. Sȝ ſicut baptiſm⁹ ī eis: ita in eis māſit ordinatio integra: q2 ī p̄ciſiōe fuerat vitium q̄ in vnitate pacis ē correctū: nō in ſacris: q̄ vbicūq̄ȝ ſunt: ipſa ſunt. Et cū ipſi expedire vī eccleſie vt prepoſiti eorum venientes ad catholicā ſocietatem honores ſuos ibi non adminiſtrēt: nō eis tn̄ ipſa ordinationis ſacra detrahunt̄: ſed ſup eos manēt. Iōq̄ȝ nō eis man⁹ īponit̄: ne nō hoi ſed ipſi ſacro fiat iniuria. Sic āt ī baptiſmo eſt ius q̄ p eos dari poſ-

In li. z. ꝯtra epl'am ad parmenianū. ꝛ hī.j.q.i. ca. q̄ quidam.

ſit: ſic oi ordiatiōe eius dādi eſt: vtrūq̄ȝ q̄dem ad pnitiē ſuā. Sed aliud ē nō hře aliō pnitio ſe hře: aliud ſalubriter hře. Itē. De his q̄ ab eccl'ie vnitate ſepati ſūt nulla iā q̄ eſt: q̄n ha beāt ꝛ dare poſſint: ſed pniti oſe hn̄t pnitioſe q̄ȝ dant: q2 ex̄ vīculū pacis ſunt. Neutri ſacro facieda eſt iniuria: ſicut nō recte hȝ q̄ ab vnitate recedit: ſȝ tn̄ hȝ: ꝛ iō redeūti nō redditur: ſic ēt ſi recte dat q̄ ab vnitate recedit: ꝛ tn̄ dat: ꝛ iō q̄ ab eo accipit: venienti ad vnitatē nō iteratur. Idē. Aliud ē nō hře aliq̄d: aliud ē non iure hře vel illicite vſurpare. Non ergo iō nō ſunt ſacra xp̄i ꝛ eccl'ie: q2 eis illicite vtātur nō mō heretici ſȝ ēt oēs ipij: ſȝ illi corrigēdi ſunt ꝛ puniēdi: illa aūt ſunt agnoſceda ꝛ veneranda. Itē Greg. Q̄ dicitis vt q̄ ordinatus ē iterū ordinet̄ valde ridiculoſum ē: vt. n. baptiȝatus ſemel iterū baptiȝari non dȝ ita qui cōſecratus eſt ſemel in eodē ordine nō valet iteꝝ ꝯſecrari. His aliiſq̄ȝ auctatibus vī aſſeri ī oībus ipſis ēt in hereticis p̄ciſis ꝛ dānatis chriſti ſacra pmanere cū iure dādi. Pſit. n. dare: ſȝ pnitioſe: ꝛ q̄b⁹ dederint: nō ſunt iteꝝ ordinādi: q̄ pmiſſis ex oppoſito obuiare vidētur.

Aug⁹ in eodē canone. Eph. 4. Aug⁹ in li. z. de vnico bap. ꝯ parmenianuȝ. Ioā. rauennati epō di. c8. c. ſiē ſet.

¶ Determinatio pmiſſe ꝯdictionis auctoritatū. c

Hec āt quidā ita deter-

mināt. Dicūt. n. hereticos accepta ſacerdotali vel ep̄ali vnctiōe ab eccl'ia recedētes: baptiſmi q̄dē dādi ius retinere: ſed nō hře facultatē tribuēdi ſacros ordines vel ꝯſecrādi dn̄icum corpus: poſtq̄ p̄ciſi ꝛ dānati ſunt ab eccleſia. Sicut degradatus ep̄s non hȝ ptātē largiendi ſacros ordines: facultatē tn̄ baptiȝādi nō amiſit. Q̄ vero Aug⁹ ait: itelligūt dictū de hereticis qui nō ſnia eccl'ie ſȝ prauitate ſen ſus ſui a fidei vitate ac doctrie vnitate diuiſi ſunt qui licet tales ſint: ius tn̄ ordinādi ꝛ cōſecrādi hn̄t: ꝛ qui ab eis ordinantur ante manifeſtam precīſionem: ēt ſi cuȝ eis aperte exierint: ꝛ ſnia eccl'ie dānati fuerint: tn̄ ſi redierint iterum ordinādi nō ſunt. Et vbicunq̄ȝ legit̄ de ordinatis ab hereticis q̄ ſeruatis eis ordinibus miniſtrare valeāt: vel iterū ordinādi non ſint: de huiuſmodi accipiendū dicunt. Nam poſtq̄ p̄ciſi fuerint ꝛ dānati iudicio eccleſie: ius ordinādi ꝛ ꝯſecrādi eis detractū aſſerūt: vt degradatis vel excōicatis. ¶ Alij vero dicunt ſacramēta ab hereticis ꝛ p̄ciſis ſm formam eccleſie celebrata: vera eſſe ꝛ rata: quia recedentes ab eccleſia ius dandi ꝛ conſecrandi non perdiderunt: ꝛ qui ſic ab hereticis ordinantur: cum redeunt iteruȝ ordinādi nō ſunt.

Et hētur. j. q.i.§. oppōitur autem. Prima opinio ꝛ falſa. c. pri. Scda opinio pbabilis.

Que

Que vero ab hereticis aliter ꝙ in eccl'ia fiũt: falſa ſunt ⁊ inania: ⁊ q̇ a talibus ordinari videnť nõ mun⁹ ſed vuln⁹ accipiũt. Et ſm hãc dĩiã varie de his loquũť doctores. ¶ Qui dam vero dicũt eadẽ ſacr̃a ab hereticis ꝑacĩis poſſe celebrari que a catholicis: ſi ab illis forma eccľie ſequeť: ⁊ ab eis celebrata vera eſſe ⁊ rata q̃tũ ad ſe: q̃tũ vero ad effectũ: falſa eſſe ⁊ inania. Et in his qui male tractãt: ⁊ in his q̇ male ſuſcipiũt. ⁊ iõ irrita ⁊ falſa: qꝛ qđ ꝓmit tunt ⁊ cõferre credũtur nõ tribuũt. Dãnanda ẽt dĩr: qꝛ illicite dãtibus vel accipientib⁹ ſunt in iudicium. Polluta ẽt dĩr non quantũ ad ſe: ſed ꝓpter indignã hereticoꝝ tractationẽ. Ideo Greg. cõionẽ Arrij vocat execrationẽ: ⁊ Innocẽtius Bonoſij ordinationẽ: dãnationẽ: nõ ꝙ ita in ſe ſint: ſed qꝛ male dãtes vel accipiẽtes tales facit. Sicut ẽt Hiero⁹ ſacriſicia coꝝ panẽ luctus vocat: nõ quantũ ad ſe: ſed quãtũ ad effectũ. ¶ Nõnulli vero tradunt illos hereticos q̇ in eccl'ia ordinati ſunt ius ordinandi ⁊ cõſecrandi ẽt cũ ſeparati fuerint habere. Qui vero i ſciſmate vel hereſi poſiti ab eis ordinati ⁊ inuncti fuerint: illo iure carent. Ideoq3 cum ordinare volunt vulnus potius infigunt ꝙ gratiam conferant.

Tertia opinio.

i. Coꝛ. ii.

Sup Oſee: Quarta opio falſa. ⁊ videtur eẽ Gratiani.

¶ De ſymonia vnde dicitur ⁊ quid ſit. d

De ſymõiacis vero nõ eſt ambigẽdũ q̇n ſint heretici: q̇ tñ ante ſñia3 degradationis ⁊ ordinãt ⁊ cõſecrãt. Et l3 ſymoniaci ꝓprie dicãtur qui iſtar ſymonis magi ipꝛeciabilẽ gratiã precio cõducere volũt: ⁊ qui pro miniſterio ſacro preciu3 recipiunt in modum Gieçi Gieçite vocandi ſunt: oẽs tñ ⁊ dantes ⁊ accipientes ſymoniaci dicuntur ⁊ vtriq3 eadem ſñia percelluntur. e

Act. 8.

3. Reg. 5.

¶ De his qui ſcienter a ſymoniacis ordinantur. e

Differt tamẽ iter eos q ordinãtur a ſymoniacis ſciẽter: ⁊ eos q̇ ignorãter. Qui. n. ſcienter a ſymoniacis ſe ꝑmiſerint cõſecrari: imo execrari: coꝝ conſecratio oĩno irrita ẽ. Qui vero ordinãtur a ſymoniacis quos cũ ordinãtur neſciunt eſſe ſymoniacos: qui ⁊ tunc pro catholicis habentur: coꝝ ordinatio miſericorditer ſuſtinetur.

Urban⁹ pa pa. i. q. i.

¶ De his qui dicũt ſe emere corꝑalia nõ ſpũalia. f

Si vero aliqui obiecerint ſe nõ ꝯſecratiões emere: ſ3 res ipſas que ex cõſecratiõe ꝓueniũt: penitus deſipere ꝓbãtur. Nã q̇ſq3 hoꝝ alterũ r ẽdit ſine quo alteꝝ nõ habetur: neutru3 vendere derelinquit.

Paſchal. i. q. 3. ca. ſiq̃s obiecerit.

¶ Diſtinctio ſymoniacorum. g

Symoniace aũt hereſis tripartita eſt diſtinctio. Alij. n. ſymoniace a ſymoniacis ordinãtur. Alij ſymoniace a non ſymoniacis. Alij nõ ſymoniace a ſymoniacis. Uñ Nico⁹ papa. Statuimus decretum de ſymoniaca tripartita hereſi. i. de ſymoniacis ſymoniace ordinãtibus vel ordinatis: ⁊ de ſymoniacis ſymoniace a nõ ſymoniacis ⁊ de ſymoniacis nõ ſymoniace a ſymoniacis. Symoniaci ſymoniace ordinati vel ordinatores ſm canones a ꝓꝓꝛio gradu decidant. Symoniaci ẽt ſymoniace a non ſymoniacis ordinati ſimilr ab officio remoueantur. Symoniacos vero nõ ſymoniace a ſymoniacis ordinatos: miſericorditer ꝑ manus impoſitionẽ3 pro tp̃is neceſſitate in officio ꝑmittimus ꝑmanere. Qđ intelligendũ eſt de his qui ordinãtur a ſymoniacis ignorantes eos eſſe ſymoniacos: hos facit ſymoniacos nõ reatus criminis: ſed ordinatio ſymoniaci.

i. q. i. c. ſtatuim⁹ decretũ

¶ Alexander papa de his qui violenter a ſymoniacis vel ab hereticis ordinantur. h

Similiter cu3 decernit Alexãder papa ſymõiacos oĩno dãnãdos ac deponẽdos: ſubintelligẽdũ ẽ niſi violẽter q̇s attract⁹ fuerit. De his. n. ⁊ a q̇buſlibet hereticis violẽter ordinatis dicit Inno. ꝙ pñt hr̃e aliquẽ coloꝛe3 excuſatiõis ſi ſtatim diſcedunt ab eis ⁊ peſſimo coꝝ ꝯciliabolo renũciant.

i. q. i. ca. erga ſymoniacos.

i. q. i. c. ꝯſtat

¶ De etate ordinãdoꝝ ita decreuit Nicola⁹ papa. i

Sacri i qt canones ſanxerũt vt ſubdiaconus nõ ordineť añ. 14. annos: nec diaconus añ. 25. nec p̃ſbyter añ. 30. Deinde ſi dignus fuerit ad ep̃atu3 elegi põt: quod nos ẽt pari modo ſeruare iubem⁹. Ite3 Fabianus. Siquis. 30. etatis non ipleuerit annos: nullo modo p̃ſbyter ordinetur ⁊ ſi valde ſit dignus: qꝛ ⁊ ipſe dñs. 30. annoꝝ baptiçatus eſt: ⁊ ſic cepit docere.

Diſt. 77: ⁊ 78. quaſi ꝑ totum.

Luce. 3.

¶ Iſta eſt diſtinctio 25ª huius q̃rti libri: In q̃ magr̃ poſtq̃3 ſupius determinauit de ſacro ordinis: nunc ꝯñter de hoc ſacr̃3 ꝯferẽtib⁹ ⁊ ſuſcipientib⁹ determinat. Et tria facit. Primo eñi inq̇rit an heretici ſacr̃3 ordinis pñt ꝯferre ſeu dare. 2° oſtẽdit ſymoniacos fore qui dãt pecuniã pro ordinib⁹: ⁊ ẽt q̇ aliq̇d pro ordinib⁹ p̃ſumũt accipe. 3° quõ ignoꝛãter ordinatũ a ſymoniaco debeam⁹ miſ̃icorditer tolerare. Priu3 facit vſq3 ibi (De ſymoniacis vo.) Scđm vſq3 ibi. (Differt tñ inter eos.) Tertiũ vſq3 ad finem diſtinctionis. In ſpãli ſñia magiſtri ſtat in trib⁹ ꝓpõnib⁹ quarum prima eſt hec. ¶ Aliqui dicunt ꝙ ſacr̃a ab hereticis ſm formã eccľie celebrata ſint vera ⁊ rata. Alij aũt ꝙ ſint falſa ⁊ reprobata. Hãc magiſter iſinuans q̇rit an heretici ab eccl'ia p̃ciſi pñt ſacros ordines ꝯferre. Et vtrum ordĩati ab eis debẽt recordiari.

Et dicit hāc q̄ōnē eē difficilē ⁊ ꝑplexam ꝑꝑ diuerſitatem doctoꝝ opinātiū circa eā. Quidā enim dicūt hereticos nō poſſe ordiare ⁊ ordiatos ab eis non eē in ſuis ordinib⁹ ſuſcipiēdos ſed tm̄ ad laicā coronem. Grego⁹ dicit arrianoꝝ ꝯſecrationē ſacrilegā eſſe. Cyprianus dic̄ ſacr̄a hereticoꝝ inania ⁊ ſacrilega eſſe. Hiero⁹ dicit que offerunt̄ ab hēticis: ꝯtaminata eē ⁊ deo odibilia. Leo papa dicit nō eſſe rata ſacrificia ex̄ eccl'iam nec vera. Poſtea ponit ꝯriā opiōnē dicētiū ab hereticis ordines tradi poſſe ⁊ ordinatos ab eis nō eē iterū ordinādos: qꝛ maxīe Aug⁹ dicere videt̄: ſic ius hēt baptizādi ita ēt ⁊ ordinādi: ſed hētici tale ius hñt ad ſui ꝑniciē: catholici v̓o ad ſaluteʒ. Greg⁹ dicit ordinatū ſel' nunq̄ʒ debere reordinari. Poſtea circa hāc dubitationē tāgit diuerſam opiōnē. Quidā eni dicūt hereticos ab eccl'ia preciſos baptizādi ius hr̄e: nō aūt ordinādi: ⁊ auc̄tes que ī ꝯtrariū ſunt debēt ītelligi de hēticis qui ſm ſniaʒ eccl'ie ſunt ab eccl'ia ꝑciſi: tales eni ius hñt baptizādi. Alij v̓o dicūt ꝙ ſacr̄a ab hēticis ⁊ ꝑciſis collata ſi ſecūdū formā eccl'ie ꝯferant̄ vera eē ⁊ rata: alij v̓o nequaq̄ʒ. Et ſm hāc diſtiam varie de his doctores loquuntur. Alij aūt dicūt ſacr̄a ab his collata vera eſſe ſi ſe ſi forma eccl'ie ſeruet̄. falſa eē ⁊ inania quo ad ſalutis effectū. Dānāda eē dicunt̄ hēticoꝝ ſacr̄a: qꝛ ꝑſtantib⁹ ⁊ accipiētib⁹ ſunt in iudiciū: ⁊ ſm h̄ pñt ītelligi vt dicūt auc̄tes ſupͣdicte. Alij v̓o dicūt hereticos ī eccl'ia ordinatos ius ordinādi hr̄e: eos v̓o qui in hereſi nequaq̄ʒ. Poſtea dic̄ ſymoniacos eē hēticos ⁊ ante degradationē ordīes ꝯferre poſſe. ℂ Sc̄da ꝓpoſitio ē hec: Pro collatione ſacr̄oꝝ ordinū dātes ⁊ accipiētes pecuniā ſymoniaci dicunt̄: ⁊ pro tali delicto ambo eadē pena puniunt̄. Hāc magr̄ īſinuans dicit ꝙ ſymoniaci ꝓprie dicunt̄ emptores a ſymone mago denoīati: vēdētes: gyezite ſic dicti a ſeruo heliſei: ūi largo noīe vtriq̄ʒ dicunt̄ ſymōiaci. ℂ Tertia ꝓpoō eſt hec. Qui ignoranter a ſymoniacis ordinant̄ ipſorū ſratriū miſicorditer tolerat̄. Hāc magr̄ ponēs dicit ꝙ ordinati a ſymoniacis ſciēter ꝯſecrationeʒ irritam hñt. Qui v̓o ſunt ordiati ignorāter pñt miſicorditer in ordine ſuſtineri. Et qꝛ poſſet aliq̄s dicere ꝙ nō emit ſpūale vt ꝯſecrationē ſed tpale emit ſpūale annexū vt res ipſas que ex ꝯſecratiōe ꝓueniunt: ⁊ ſic nō eſt ſymoniacus. Jō h̄ remouet hic dicens ꝙ qñ aliq̄ duo ſūt ꝯiūcta non vnū ſine alio pōt emi vel vēdi. Poſtea ponit triplicē diſtinctionē ſymoniace hereſis dicēs: ꝙ q̄dā ſymoniaci ſymoniace a ſymoniacis ordinant̄. Quidam aūt ſymoniaci ſymoniace a nō ſymoniacis ordinant̄ ⁊ vterq̄ʒ iſtoꝝ ſic ordinatoꝝ ꝓpriū gradū ꝑdit. Tertij vero q̄ nō ſymoniace a ſymoniacis ordinant̄ pñt miſicorditer tolerari dūmō ignorēt eos qui ordinant ſymoniacos eſſe. Addit etiā ꝙ cum dr̄ ordinatos ab hereticis vel a ſymoniacis eē dānādos eſt ītelligēdū niſi aliq̄s violenter ab eis ordinaret̄. Ultimo determinat de ſuſcipiētibus ordines q̄ʒtū ad etatē dicēs: ꝙ ſubdiacon⁹ ante decimūquartū annū. diacon⁹ ante. 25. ānū: pſbyter ante. 30. annū ordinari nō debēt. Et tm̄ in ſpāli.

Di. XXVI De mr̄imonio ſm cām formalem.

ℂ De ſacr̄o ꝯiugij cui⁹ inſtitutio ⁊ cā oſtendit̄. a

Cuʒ alia ſacramēta poſt pctm̄ ⁊ ꝑꝑ pctm̄ exordiuʒ ſumpſerit: mr̄imonij ſacr̄m ēt añ pctm̄ legit̄ īſtitutū a dño: non tm̄ ad remediū ſʒ ad offm̄: refert. n. ſcriptura gen̄. in Adā miſſo ſopore atq̄ʒ vna de coſtis eius ſumpta: ⁊ exinde muliere formata: virū in ſpū intelligentē ad quē vſuʒ mulier facta eēt: poſt extaſim ꝓphetice dixiſſe: Hoc nunc os ex oſſibus meis ⁊ caro de carne mea: ꝓpter hoc relinquet hō patrem ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori ſue: ⁊ erunt duo in carne vna. — Gen. 2.

ℂ De duplici inſtitutione coniugij b

Cōiugij autē inſtitutio duplex eſt: vna ante pctm̄ ad offm̄ facta eſt in paradiſo vbi eēt thorus īmaculat⁹ ⁊ nuptie honorabiles: ex q̄bus ſine ardore ꝯciperent: ſine dolore parerēt. Altera poſt pctm̄ ad remediū facta extra paradiſum ꝑꝑ illicituʒ motū deuitandū. Prima vt nā multiplicaret̄. Sc̄da vt nā exciperet̄ ⁊ vitiuʒ cohiberet̄. Nam ⁊ ante pctm̄ dixit deus: Creſcite ⁊ multiplicamini: ⁊ poſt pctm̄ oib⁹ pene hoībus ꝑ diluuiū ꝯſumptis. Q̄ꝺ v̓o añ pctm̄ īſtitutū fuerit ꝯiugiū ad offm̄ poſt pctm̄ vero ad remediū ꝯceſſum Aug⁹ teſtat̄ dicēs: Q̄ꝺ ſanis eſt ad officiū egrotis eſt ad remediū. Infirmitas. n. incōtinētie que eſt in carne ꝑ pctm̄ mortua ne cadat in ruinā flagitioꝝ: excipit̄ honeſtate nuptiarū. Si vero nō peccaſſēt primi hoīes: ſine carnis incētiuo ac feruore libidinis ipſi ac ſucceſſores coꝝ ꝯuenirēt. Et ſicut remūerabile ē aliq̄ꝺ bonū opus ſic coitus coꝝ bon⁹ eēt ⁊ remunerabilis. Quia vero ꝑꝑ pctm̄ letalis cōcupiſcētie lex membris nr̄is inheſit ſine qua carnalis nō fit cōmixtio: reprehenſibilis ē ⁊ malus coitus niſi excuſetur per bona coniugij.

Heb. 3. — Gen. j. — Super gen. in li. de nuptijs ⁊ concupiſcentia. — Rom. 6.

ℂ Quādo ſm preceptum: quādo ſm indulgentiam contractum ſit coniugium. c

Prima inſtitutio habuit ꝑceptū: ſc̄ꝺa idulgentiā. Didicimus. n. ab apl'o hūano gn̄i ꝑꝑ vitādā fornicationē idultū eē ꝯiugiū. Indulgētia v̓o qꝛ meliora nō eligit remediū hʒ nō ꝑmiū: a q̄ ſiq̄s declinauerit: meret̄ exitiale iudiciū. Q̄ꝺ ſʒ idulgētiā cōceditur: volūtariū eſt nō nec̄iuʒ: alioq̄n trāſgreſſor eēt qui illud nō faceret. Et pōt ſane ītelligi illud ſub ꝑcepto dictū hoīb⁹ primis añ pctm̄ creſcite ⁊ multiplicamini. Quo ēt poſt pctm̄ tenebant̄ vſq̄ʒ quo ē facta multiplicatio poſt quā ſm idulgētiā mr̄imonii ꝯtc⁹ fuit. Ita ēt poſt diluuiū quo vniuerſuʒ pene hūanū gen⁹ deletū eſt: ſm ꝑceptū dictū eſt filijs noe creſcite ⁊ multi. Multiplicato vero hoīe ſm indulgentiam ꝯtractum eſt: non ſm imperium. — j. Cor. 7.

ℂ Quibus modis accipiatur indulgentia. d

Indulgētia āt diuerſis

modis

modis accipit̃.ſ.pro ↄceſſione: pro remiſſio/
ne: pro pmiſſione. Et eſt pmiſſio in nouo te/
ſtaměto de minoribus bonis ⁊ ꝺ minoribus
malis. De minoribus bonis eſt cōiugiū qꝺ
nō meret̃ palmā: ſed eſt i remediū. De mino
ribus malis.i.de venialibus eſt coitus qui fit
cauſa icōtinētie. Illud.ſ.cōiugiū indulget̃.i.
ↄcedit̃. Illud vero.i.coitus talis permitti/
tur.i.toleratur ita ꝙ non prohibetur.

¶ Quod nuptie ſint bone. e

Aug. de he/reſibus. **Fuerūt aūt nōnulli he**
retici nuptias deteſtātes q̄ Taciani appella/
ti ſunt: hi nuptias oīno dānāt: ac pares for/
nicationibus alijſq3 corruptionibus faciūt:
nec recipiūt in ſuoꝝ numero coniugio vtentē
Hugo. 4. ſen.c.3. marē vl' feminā. Q ꝺ autē res bōa ſit cōiugiū
Gen.2. nō modo ex eo pbat̃ ꝙ dn̄s legit̃ ↄiugiū iſti
Joā.2. tuiſſe iter primos parētes: ſed etiā ꝙ in cana
galilee nuptijs interfuit xp̄s: easq3 miraculo
Matth. 19. cōmēdauit: aq̄ i vinū ↄuerſa. Qui ēt poſtea
virū dimittere vxorē ꝓhibuit: niſi cā fornica/
j.Cor.7. tiōis. Apl's ēt ait: Virgo nō peccat ſi nubat
Cōſtat ergo rē bonā eſſe mrīmoniū: alioqn
nō eſſet ſacrm. Sacrū enim ſacrum ſignū eſt.

¶ Cuius rei ſacramentum ſit coniugium. f

Cum ergo coniugiū ſa
crm ſit: ⁊ ſacrū ſignū eſt: ⁊ ſacre rei.ſ.ↄiūctio/
Eph.5. nis chriſti ⁊ eccle: ſicut ait apl's. Scriptū eſt
Gen.2. inqt: Relinquet hō prēs ⁊ matrē ⁊ adherebit
vxori ſue: ⁊ erūt duo i carne vna. Sacrm hoc
magnū eſt. Ego aūt dico in xp̄o ⁊ in eccleſia.
Ut eni inter ↄiuges ↄiūctio eſt ſm ↄſenſum
aioꝝ ⁊ ſm pmixtionē corpoꝝ ſic eccleſia xp̄o
copulatur volūtate ⁊ nā: qua idē vult cū eo: ⁊
ipſe formā ſumpſit de nā hōis. Copulata eſt
ergo ſpōſa ſpōſo ſpūaliter ⁊ corpalr.i.chari/
tate ac ↄformitate nature. Huius vtriuſq3 co
pule figura eſt in ↄiugio. Cōſenſus eni cōiu/
gū copulā ſpūalē chriſti ⁊ eccleſie q̄ fit p cha/
ritatē ſignificat. Cōmixtio vero ſexuū: illā ſi/
gnificat que fit per nature cōformitatem.

¶ Qualiter intelligendū ſit illud mulier illa nō per/
tinet ad mrīmoniū cū q̄ nō eſt cōmixtio ſexuū. g

Inde eſt quod qdā do/
ctoꝝ dixerūt: illā mulierē nō ptinere ad matri/
moniū: q̄ nō experit̃ carnalē copulā. Ait eni
27.q.2.ca. non eſt. Aug. Nō dubiū eſt illā mulierē non ptinere
ad matrimoniū: cū qua docetur nō fuiſſe cō/
Ibidē.c.cū ſocietas. mixtio ſexus. Itē Leo papa. Cum ſocietas
nuptiarū ita a principio ſit inſtituta vt preter
cōmixtionē ſexuū nō habeat in ſe chriſti ⁊ ec/
cleſie ſacrm: non dubiū eſt illā mulierē nō pti/
nere ad matrimoniū: in qua docet̃ nō fuiſſe
nuptiale myſteriū. Itē Aug. Non eſt pfectū In ſolilo/quijs.
cōiugiū ſine cōmixtione ſexuū. Hoc ſi ſm ſu/
perficiē verboꝝ quis accepit: inducit̃ in erro
rē tm̄ vt dicat ſine carnali copula nō poſſe cō/
trahi matrimoniū: ⁊ iter Mariā ⁊ Joſeph
nō fuiſſe cōiugiū vel non fuiſſe pfectū: qꝺ ne/
phas eſt ſentire. Tāto eni3 ſanctius fuit atq3
pfectius: quāto a carnali ope imunius. Sed
ſupius poſita ea rōne dicta intelligēdum eſt:
nō quin ptineat mulier illa ad matrimoniu3
cū qua nō eſt permixtio ſexuū: ſed non ptinet
ad matrimoniū qꝺ expreſſam ⁊ plenam tenet
figurā ↄiūctiōis chriſti ⁊ eccle. Figurat eni Eph.5.
illam vnionē chriſti ⁊ eccleſie q̄ eſt in charita/
te: ſ3 nō illā que eſt in nature cōformitate. Eſt
ergo ⁊ in illo mrīmonio typus ↄiunctionis
chriſti ⁊ eccle: ſed illius tm̄ q̄ eccla xp̄o cha/
ritate vnitur: nō illius qua per ſuſceptionem
carnis capiti mēbra vniūtur. Nec ideo tn̄ mi/
nus ſanctū eſt ↄiugiū: q2 vt ait Aug. In nu/ In li. de bo/no coniuga. li.c.23.
ptijs plus valet ſanctitas ſacri: ꝙ fecunditas
ventris. Eſt etiā ↄiugiū ſignū ſpūalis cōiun/
ctionis ⁊ dilectionis aioꝝ qua inter ſe coniu/
ges vniri debēt. Unde apoſtolus ait: Uiri Eph.5.
diligite vxores veſtras vt corpora veſtra.

¶ Iſta eſt diſtictio.26ª hui᷒ q̄rti libri: In qua magr̃
poſtq̄3 ſupius determiauit de ſacro ordinis qꝺ ptiet
ad ſpūale eccl'ie multiplicationē: hic determinat de
mrīmonio qꝺ ptinet ad ei᷒ multiplicationē nālē. Et
diuidit̃ hic tractatus in qnq3 ptes. In pᵒ determiat
de mrīmōio in ſe. In 2ª de ei᷒ cā efficiēte. In 3ª de
ei᷒ fine. In 4ª ꝺ ei᷒ bonis. In 5ª ꝺ ei᷒ cauſis mali
bus.ſ.pſonis ↄhentibus. Prima pars durat a pnci/
pio diſt.iſti᷒ vſq3 ad.27.di.q̄ incipit (Poſt hec adū
tendum.) Scda vſq3 ad finē.30.diſt.q̄ſi vbi dic̃ (Ex
poſito que ſit efficiens.) Tertia vſq3 ad.31.diſ.que
incipit (Poſt hec de bonis ↄiugū.) Quarta ab inde
vſq3 ad.34.di.que incipit (Nūc ſupeſt attendere.)
Quinta vſq3 ad 44.diſt.que incipit (Poſtremo de
ↄdictione reſurrectiōis.) In pnti diſtictione tria fa
cit. Primo tp̄s ⁊ locum inſtitutionis huius ſacri de
monſtrat. 2ᵒ mrīmoniu3 ↄdēnātes reprobat. 3ᵒ ei᷒
myſticā ſignificationē recitat. Primū vſq3 ibi (Fu
erunt nōnulli heretici.) Scdm vſq3 ibi (Cum ergo
ↄiugiū.) Tertiu3 vſq3 ad finē diſt. In ſpāli ſnia ma/
giſtri ſtat in tribus ꝓpōnib᷒: quaꝝ pᵃ eſt hec ¶ Con
iugij ſacrm fuit in paradiſo ante pctm̄ ſolu3 ad offi/
ciu3 pᵒ inſtitutu3 nūc ſcdario in remediū. Hāc magr̃
inſinuans ꝓponit pᵒ hoc ſacrm ante pctm̄ inſtitutu3
fuiſſe qn̄ Adam dixit: hoc nunc os ex oſſib᷒ meis: ⁊
nihilhominus poſt pctm̄ inſtitutu3: ⁊ ſic duplex eſt
ei᷒ inſtitutio. Differt autē pᵃ a 2ª: q2 pᵃ facta eſt i pa
radiſo: ſcda extra paradiſum. Ite3 pᵃ facta eſt ad of
ficiu3 nāe multiplicāde. ſcda ad remediū ↄcupiſcē/
tie. Itē pma fuit in pceptū neceſſitatis ſcda fuit vo
luntaria a tpe multiplicati gn̄is humani. Et eſt acci
pienda ſm indulgentia3. qn̄q3 pro remiſſione: qn̄q3
pro ↄfeſſione: qn̄q3 pro pmiſſione. Hic aūt pro per/

miſſione accipit̃: ꝑmittit̃ autẽ ꝯiugiũ nõ q̃ſi malũ: ſed q̃ſi minus bonũ. ¶ Scḋa ꝓpõ eſt hec: Heretici dicti Taciani in hoc pernitioſe errant ꝙ nuptias cõdẽnãt. Hãc magr̃ ponẽs ꝯdẽnat errorẽ dãnãtiũ ⁊ deteſtantiũ nuptias oñdẽs ꝙ bona res ſit matrimoniũ pꝫ ꝙ chriſt⁹ iterfuit nuptiis: ⁊ ꝑcepit vxorẽ a viro non dimitti. Vñ apl̃s ad Eph̃. ait: Viri diligite vxores vr̃as ſicut ꝓpria corpa vr̃a ¶ Tertia propoſitio eſt hec: Electoꝝ eccl̃ia nõ ſolũ iungit̃ chriſto ſpũalr̃. ſed etiã vere ⁊ corpalr̃. Hanc magr̃ inſinuãs dicit ꝙ mr̃imoniũ eſt ſignũ ꝯiunctionis chriſti ⁊ eccleſie in ꝯformitate nature ⁊ ſignũ vnionis in charitate. Que duo mr̃imoniũ carnali copula ꝯſumatum ꝑfecte ſignificant. Et tñ ꝑfectũ mr̃imoniũ i q̃ eſt ꝯſenſus aĩoꝝ ſine carnali copula. Deficit tñ ab hac ꝑfecta ſignificatione: lꝫ quedã auctẽs videant̃ dicere tale non fore verũ ⁊ ꝑfectũ mr̃imoniũ. Matrimoniũ enim tale. ſ. vbi eſt tñ ꝯſenſus aĩoꝝ eſt ſignum dilectionis: qua ꝯiuges inter ſe viuri debent. Auguſtinus enim dicit. Plus valet ſanctitas ſacramenti q̃ fecũditas ṽtris. Et tãtũ in ſpeciali.

¶ Que ſunt conſideranda in coniugio. a

Di. XXVII De mr̃imonio ſꝫ cãm efficiẽtẽ: ↄ ẽminans generaliter ꝙ cõſenſus ſit matrimonij cauſa.

Poſt hec aduertẽ

dũ ẽ q̃d ſit ꝯiugiũ: ⁊ q̃ ſit efficiẽs cã ꝯiugiĩ: ⁊ cã ꝓp quã ꝯhi ↄbeat ⁊ q̃ ſint bona ꝯiugij: ⁊ quõ ꝑ ea excuſet̃ coitus carnalis: q̃ ſint legitime ꝑſone ad matrimoniũ. Sũt ⁊ alia plura in mr̃imonio ꝯſiderãda q̃ ſub cõpẽdio ꝑſtringem⁹.

¶ Quid ſit coniugium. b

27. q. 2. in pĩnci.

Sunt ergo nuptie vel

mr̃imoniũ viri mulieriſq; ꝯiũctio maritalis iter legitimas ꝑſonas indiuiduã vite ꝯſuetudinẽ retinẽs. Ad indiuiduã cõſuetudinẽ vite ꝑtinet ꝙ abſq; ꝯſenſu alterius neuter ꝯtinentiã ꝓfiteri põt vel oꝛõni vacare: ⁊ ꝙ inter eos dũ viuũt vinculũ coniugale ꝑmanet: vt alij ſe copulare nõ liceat: ⁊ vt inuicẽ alter alteri exhibeat qꝺ quiſq; ſibi. Hac autẽ deſcriptione legitimoꝝ ⁊ fideliũ tñ mr̃imoniũ icludit̃.

¶ De conſenſu qui efficit coniugium. c

Efficiens aũt cã matri

monij eſt ꝯſenſus: nõ q̃libet: ſꝫ ꝑ verba expreſſus: nec de futuro: ſꝫ de pñti. Si eñi cõſentiũt in futurũ dicẽtes: Accipiã te in virum: ⁊ ego te in vxorẽ: nõ eſt iſte cõſenſus efficax mr̃imonij. Itẽ ſi ꝯſentiãt mẽte ⁊ nõ exprimãt verbis vel alijs certis ſignis: nec talis ꝯſenſus efficit matrimoniũ. Si autẽ verbis explicãt qꝺ tamen corde nõ volunt ſi non ſit coactio ibi vel dolus: obligatio illa verboꝝ quibus conſentiunt dicentes accipio te in virum: ⁊ ego te in vxorem matrimonium facit.

¶ Auctoritatibus probat ꝙ ſolus conſenſus facit matrimonium. d

Quod aũt ꝯſenſus ma

trimoniũ faciat ſubditis ꝓbat teſtimonijs. 27. q. 2. in pĩcĩ.
Ait eñi Iſidorus: Cõſenſus facit matrimoniũ. Itẽ Nicolaus papa. Sufficiat ſolus ſꝫ leges coꝝ cõſenſus: de quoꝝ coniũctionibus agit̃: qui ſolus ſi forte in nuptijs defuerit: cetera etiã cũ ipſo coitu celebrata fruſtrãt̃. Itẽ Ioã. chryſ. Matrimoniũ q̃dẽ nõ facit coitus ſed volũtas: ⁊ ideo nõ ſoluit illud ſeparatio corpis. Itẽ Ambr̃. Nõ defloratio virginitatis facit ꝯiugiũ: ſed pactio cõiugalis. Ex his apparet ꝙ cõſenſus. i. pactio ꝯiugalis matrimoniũ facit ⁊ ex tũc coniugiũ ẽ: etiã ſi nõ preceſſit vel ſecuta eſt copula carnalis.

vbi ſ̃. ca. ſufficiat. vbi ſ̃. c. matrimoniũ. Ibidẽ. c. cũ initiatur.

¶ Quando incipiat eſſe coniugium. e

Quod eniꝫ ab ipſa de

ſpõſatiõe in q̃ pactio cõiugalis exprimit̃ ꝯiuges ſint ſanctoꝝ teſtimonia ꝓbãt. Ait enim Ambr̃. Cũ initiat̃ ꝯiugiũ ꝯiugij nomẽ aſciſcitur: cũ cõiũgit̃ viro cõiugiũ eſt: nõ cũ viri admiſſiõe cognoſcit̃. Itẽ Iſido. Coniuges verius appellant̃ a prima deſpõſatiõis fide: q̃uis adhuc iter eos ignoret̃ cõiugalis ꝯcubit⁹. Itẽ Aug. Cõiunx vocat̃ ex pria deſpõſatiõis fide quã cõcubitu nõ cognouerat: nec fuerat agniturus: nec peierat: nec mẽdax mãſerat cõiugis appellatio: vbi nõ fuerat nec futura erat carnis vlla cõmixtio. Propt̃ qꝺ fidele ꝯiugiũ ambo parẽtes xp̃i vocari meruerũt nõ ſolũ illa mater: ſꝫ etiã ille pr̃ ei⁹: ſic cõiunx mr̃is eius: vtrũq; tñ mẽte nõ carne. Ex his euidẽter iſinuat̃ ꝙ ex tp̃e q̃ itercedit ꝯſenſus volũtarius ac maritalis q̃ ſolus cõiugiũ facit: veri cõiuges ſunt ſponſus ⁊ ſponſa.

In libro. de virginibus. 27. q. 2. In lib. ethimo. 9. c. 8. In li. de bono coniugij 27. q. 2. Matth. 12. Luce. 3.

¶ Scḋm quoſdam non eſt coniugium ante carnalẽ copulam: ſed ſponſi ⁊ ſponſe ſunt. f

Quidã tamẽ aſſerũt ve

rũ ꝯiugiũ nõ contrahi ante traductionem ⁊ carnalẽ copulã: nec vere cõiuges eẽ aliquos anteq̃ intercedat cõmixtio ſexus: ſed a prima fide deſponſationis vir ſponſus: ⁊ mulier ſpõſa eſt non cõiunx. Sponſos autẽ ⁊ ſponſas coniuges frequenter appellari dicunt: non q2 ſint: ſed quia futuri ſunt: cuius rei ſponſionẽ inuicem fecerunt ⁊ ſm hoc verba premiſſarũ auctoritatum intelligenda fore tradunt.

¶ Qua ratione nituntur. g

Quod vero iter ſpõſaꝫ

⁊ coniugem plurimum interſit: ex eo aſtruũt: q2 licet ſponſe ante carnalẽ copulã incõſulto vel nolente ſponſo monaſterium eligere: quo facto: ſpõſo etiã licet aliã ducere. Cõiugat⁹ ꝟo vel ꝯiugata nec ꝯtinentiã niſi cõi ꝯſenſu ſeruare

Q ſponſa põt mõaſteriũ eligere.

ſeruare valet: nec mõaſteriũ petere: niſi vterq; continẽtiã pariter profiteat̃. Q̃ᵒ vero liceat ſpõſe monaſteriũ eligere auctib⁹ ſcõꝝ ꝓbat̃. [noa ex q̃ſito ſpõſi ꝯſenſu.]
Ait eni Euſebius papa. Deſpõſatã puellam nõ licet parentib⁹ alij viro tradere: tñ licet ſibi monaſteriũ eligere. Itẽ Greg. Decreta legalia deſpõſatã ſi ꝯuerti voluerit nullo penitus cẽſuerũt dãno mulctari. Refert etiã Hiero⁹ q̃ Machari⁹ iter chriſti heremitas p̃cipu⁹: celebrato nuptiali cõuiuio cũ veſpe thalamũ eſſet igreſſurus ex vrbe egrediens trãſmarina petijt ⁊ heremi ſolitudinẽ ſibi elegit. Beatus etiã Alexius ſilr ex nuptijs diuina gr̃a vocatus ſpõſam deſeruit: ⁊ nudus chriſto famulari cepit. His auctoritatibus ⁊ exẽplis liquet licere ſpõſis ſine conſenſu ſuarum ſponſarum ⁊ ecõuerſo continentiam profiteri. [27. q. 7. c. d ſponſatam. — vbi ſupra. c. decreta. — 27. q. 2. §. 2 Exẽpla põit]

¶ Q̃ coniugatus vel coniugata nequeant continẽtiã profiteri ſine alterius conſenſu. b

Hoc aũt cõiugatis nullatenus licet.

Nõ eni põt vir melioris vite ꝓpoſitũ ſumẽ ſine vxoris ꝯſenſu: ⁊ ecõuerſo. vñ Greg⁹ ſcribẽs theutiſte patritie. Sũt qui dicũt religionis gr̃a cõiugia debere ſolui. Vñ ſciẽdũ eſt q̃ ⁊ ſi hoc lex humana conceſſit: tñ lex diuia ꝓhibuit. Si ꝟo vtriſq; ꝯueniat ꝯtinentẽ vitã ducere: hoc quis audeat accuſare. Sic enim multos ſcõꝝ nouimus cũ ſuis ꝯiugibus ⁊ prius cõtinẽtẽ vitã duxiſſe: ⁊ poſt ad ſancte eccl̃ie regimina migraſſe. Si ꝟo cõtinẽtiam quã vir appetit mulier nõ ſequit̃ aut quã vxor appetit vir recuſat: coniugiũ diuidi nõ põt. q̃ ſcriptũ ẽ: Mulier ꝑtãtẽ ſue carnis nõ hẽt: ſed vir. Silr ⁊ vir ꝑtãtẽ ſue carnis nõ hẽt: ſed mulier. Idẽ. Agathoſa latrix p̃ñtiũ queſta eſt virũ ſuũ cõtra volũtatẽ ſuã in monaſteriũ eſſe cõuerſum: quapꝑ experientie tue precipimus: vt diligẽti inq̃ſitione diſcutias: ne forte ei⁹ voluntate cõuerſus ſit vel ipſa mutare ſe ꝓmiſerit: ⁊ ſi hoc reperieris ⁊ illũ i monaſterio ꝑmanere ꝓuideas ⁊ hãc ſicut ꝓmiſit mutare vitã cõpellas. Si ꝟo nihil hoꝝ ẽ: nec quondã fornicationis crimẽ ꝓpter q̃d licet vxorẽ dimittere: p̃dictã mulierẽ cõmiſiſſe cognoueris: ne illius conuerſio vxoris relicte in ſeculo fieri poſſit ꝑditionis occaſio: volumus vt maritũ ſuũ illi etiã ſi iam tonſuratus eſt reddere debeas: omni excuſatione ceſſante. q̃ niſi fornicationis cã virũ vxorẽ dimittere nulla ratio concedit. Poſtq̃ enim copulatione coniugij viri ⁊ mulieris vnũ corpus efficit̃: nõ põt ex ꝑte cõuerti: ⁊ ex ꝑte remanere in ſeculo. Itẽ ex. 8. ſynodo. Siq̃s cõiugatus cõuerti ad monaſteriũ velit: non eſt recipiendus niſi prius a cõiuge caſtimoniã ꝓfitente fuerat abſolutus. Tales ergo tũc ſine culpa ſequuntur chriſtũ relicto ſeculo: ſi hñt ex pari volũtate caſtitatis cõſenſum. Item. Si vir ⁊ vxor diuertere pro ſola religioſa inter ſe cõſenſerint vita: nullatenus ſine cõſenſu ep̃i fiat: vt ab eo ſingulariter prouiſo ꝯſtituãt̃ loco. Nã vxore nolente vel altero illoꝝ etiam pro tali re mr̃imoniũ nõ ſoluit̃. Itẽ Aug. Si abſtines ſine vxore voluntate: tribuis ei fornicandi licẽtiã ⁊ pctm̃ illius tue imputabit̃ abſtinẽtie. Itẽ Nico⁹ papa. Scripſit nobis thaberga regina: regia ſe velle dignitate vl̃ copula exui: ⁊ ſola vita priuata eſſe contentam deſiderare. Cui ſcripſimus: nõ hoc aliter fieri poſſe: niſi eandẽ vitã vir eius lotharius elegerit. Ex his pꝫ q̃ ꝯiugati ſine cõi cõſenſu monaſteriũ eligere: cõtinẽtiã ꝓfiteri vel habitũ religionis ſumere nõ valẽt: ⁊ ſi fecerint: reuocari debent. Spõſi vero pñt ſine cõi cõſenſu monaſteriũ eligere. Vñ videt̃ inter ſpõſum ⁊ ſpõſam cõiugiũ nõ eſſe. Ideoq; aſſerũt a prima fide deſpõſationis cõiuges appellari: nõ re ꝓñtiũ: ſed ſpe futuroꝝ: q̃ ex fide quã ex deſponſatione ſibiĩuicẽ debẽt: poſtea efficiũtur ꝯiuges. [27. q. 2. ca. ſunt qui. — Matth. 5. c. 19. — j. Cor. 7. — 27. q. 2. ca. Agathoſa. ⁊ q̃tuor ca. ſequẽtibus. — Matth. 7. c. 19. — 27. q. 2. ca. Si quis. — Ex ſynodo Eugenij. — De adulterinis cõiugijs 27. q. 2. — Vbi ſupra.]

¶ Premiſſas autẽ auctres q̃b⁹ aſſerit̃ q̃ cõſenſus mr̃imoniũ facit: ita itelligi volũt vt cõſenſus vel pactio coniugalis nõ ante coitũ faciat mr̃imoniũ ſed in coitu. Sicut eniꝫ deſtoratio virginitatis nõ facit mr̃imoniũ niſi p̃cedat pactio cõiugalis: ita nec pactio cõiugalis anteq̃ aſſit copula carnalis. Ex pactione ergo cõiugali ſponſi ⁊ ſpõſe fiunt ante coitũ: in coitu vero efficiuntur coniuges. Facit eni pactio coniugalis: vt que prius erat ſponſa: in coitu fiat coniunx.

¶ Rñſio ad p̃dicta cũ determinatione ſupioꝝ. i

His aũt ita reſpõdem⁹:

Fit aliq̃ñ deſpõſatio vbi eſt cõpromiſſio viri ⁊ mulieris de ꝯhẽdo mr̃imonio: nõ eſt auteꝫ ibi conſenſus de p̃ñti. Eſt ⁊ deſponſatio hñs cõſenſuꝫ de p̃ñti. i. pactionẽ cõiugalẽ que ſola facit cõiugiuꝫ. In illa ergo deſponſatione vbi eſt pollicitatio ꝯhendi mr̃imoniũ: ſponſi tñ ⁊ ſponſe fiunt: nõ cõiuges. ⁊ talib⁹ ſpõſis licet ſine cõi cõſenſu cõtinentiã ꝓfiteri ⁊ monaſteriũ eligẽ. In ea vero deſpõſatiõe vbi eſt cõſenſus de p̃ñti ꝯiugiũ ꝯhitur ⁊ ab illius deſponſationis prima fide veri cõiuges appellant̃. ſm hanc diſtinctionẽ deſponſationis:

de ſponſis varia loquuntur doctores.

¶ Quō accipiaꝫ ſpōſa in ſubditis capitulis. k

Oꝫ ſponſam dimiſſā ali⁹ cognat⁹ nō pōt ducere. 27.q.2.c.ſi qs vxorem.

Aliquādo enim ſpōſas

vocāt q̄ talē habuerūt deſponſationē vbi fuit pactio ꝯiugalis de pn̄ti: ꝛ ille ꝯ ꝯiuges ſūt. vn̄ Grego. Siqs vxorē deſpōſauerit vel ſub arrauerit: ꝙꝙ poſtmodū ꝓueniente die mortis eius nequiuerit eā ducere in vxorē: tn̄ nulli de cōſanguinitate eius licet accipe eā in cōiugio: ꝛ ſi inuētū fuerit factū ſeparet̃ oino. Itē

vbi ſupra.c. ſi qs deſponſauerit.

Juli⁹ papa: Siqs deſpōſauerit vxorē vel ſub arrauerit: ꝛ vel ꝓueniēte die mortis; vel irruētib⁹ qbuſdā cauſis eā non cognouerit nec frater ei⁹ nec vllus de cōſanguinitate ei⁹ eādē ſibi

Ibidē.ca.q deſponſatā. Deut.22.

tollat in vxorē vllo vnq̄ tēpore. Itē Grego. Qui deſpōſataꝫ ꝓximi ſui puellā cepit in cōiugiū: anathema ſit ipſe ꝛ oēs cōſentiētes ei; qꝛ ſm legē dei mori decernit̃. Nam diuine legis mos eſt ſponſas appellare cōiuges: vt in

Mathe.j. Deut.22.

euāg. Accipe mariā cōiugē tuā. Et in Deu. Siqs alterius ſpōſam in agro vel qlibet loco oppreſſerit vel adduxerit in domū ſuā: moriatur: qꝛ vxorē proximi ſui uiolauit: nō que iam vxor erat ſed que a parētib⁹ vxor fieri debebat. Ex his colligitur ꝙ ſpōſe quedā ꝯiuges ſunt ante cōmixtionē ſexuum. Sed forte illud mouet qꝺ in fine capli dr̄: nō que iaꝫ vxor erat: ſꝫ que vxor fieri debebat. Quod non ita intelligi debet quaſi vxor vere non fuerit: ex quo pactio coniugalis interceſſit: ſed qꝛ nondū traducta fuerat: nec res vxoria interceſſerat. ſ. cōcubitus coniugalis.

¶ Qꝫ aliter accipit̃ in his aliis capitulis ſpōſa. l

Hec etiā ſponſa eſt que

Ex conci.tiburieñ. ꝛ hꝫ 27.q.2.ca. ſi quis ſponſam.

